

Olavi in Arbuga, Diœcesis Arosiensis, dignis honoribus & devotione populi frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui eandem Ecclesiam in quatuor Festivitatibus Beatæ Virginis & in anniversariis dedicationis ejusdem ecclesiæ; ac in Festo Beati Olavi Martyris; nec non in solennitate Apostolorum Petri & Pauli; cum reverentia & honore visitaverint, de Omnipotentis Dei Misericordia XL dies, dum modo ad id diœcesum consensus accesserit, annis singulis misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus duximus adponenda. Datum apud Arbuga A:o Domini MCC nonagesimo septimo XVIII Kalend. Julii.

1198.

1297 d. 15 Juni.

Arboga.

Ärke-Biskopen NILS ALLESSONS Aflatsbref för Sko kloster.

A. 3 b. 1.

Vniuersis presentes litteras inspecturis, NICOLAUS miseracione diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam Licet is &c. *såsom N:o 435 till* exinde diuine misericordie reddantur graciores, Cupientes igitur vt ecclesia dilectarum nobis in christo filiarum sanctimonialium in sko, que in honorem beate virginis marie constructa est, dignis honoribus & deuocione populi frequentetur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui eandem ecclesiam in festo purificationis beate virginis & per octo dies sequentes, nec non in festo beati Johannis baptiste, ac eciam per octauas eiusdem festi cum reuerencia et honore visitauerint, de omni potentis dei misericordia, ac beatorum petri & pauli apostolorum, sanctorumque laurenci & Eriци martirum eiusdem auctoritate confisi, Quadraginta dierum indulgencias, de iniunctis sibi penitencijs annis singulis misericorditer relaxamus. Indulgencias eciam dicto monasterio sko, ab alijs ecclesiarum prelati collatas approbamus & ratificamus per presentes, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud Arbugha anno domini Millesimo ducentesimo, Nonagesimo, septimo, sabbato proximo post festum trinitatis.

Af Sigillet ett stycke i behåll.

1199.

1297 d. 16 Juni.

Konung BIRGERS Bref, med intyg att Junker Erik medgifvit Sigmund Keldorsson för trogen tjenst, den han bevisat hans fader Konung Waldemar, de gods han å Arnö i Säby och Wadaholm samt i Thiufsta befinnes innehafva.

A. 6. a. 2: 34.

BIRGERUS dei gracia sueorum gothorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum

facimus vniuersis, quod dilectus fratruelis noster domicellus Ericus in presencia religiosorum virorum, fratrum, Olaui gardiani stokholmensis Jarpuulfi lectoris ibidem, & laurencii prioris arosiensis ordinis predicatorum, nec non saxonis aduocati stokholmensis, non inuitus, non illectus, non coactus, non inductus set mera & spontanea voluntate discreto viro sigmundo keldorsson racione seruicij quod domino Waldemaro quondam regi patri eiusdem domicelli Erii fideliter impenderat, dedit et assignauit ac appropriando tradidit totum predium quod possedissee dinoscitur in arnø in villis, seby & vadhaholm cum omnibus suis pertinenciis, in piscarijs siluis. insulis, agris et pratis infra sepes & extra sibi & suis heredibus perpetuo possidendum. Insuper predictus domicellus Ericus eciam ex mera & libera voluntate, consensum & assensum adhibuit quod quicquid prefatus dominus valdemarus pater suus vxori thorstani longi in eisdem villis seby & vadhaholm contulit, & ipse sigmundus ab ipso thorstano & vxore sua titulo empcionis acquisiuerat libere possideat & quiete, ipsamque donacionem ratam habuit & perpetuo ac irreuocabiliter stabilitam Transferens in eundem sigmundum & suos heredes liberam & plenariam facultatem predictas possessiones vendendi, commutandj seu quocumque modo voluerit ordinandi, pro sue libito voluntatis, Ceterum consensum suum liberum vt prediximus adhibuit donacioni facte predicto sigmundo per se predictum patrem suum dominum valdemarum de curia in thiufsta sita cum omnibus suis pertinenciis, & eandem donacionem ratam, gratam, firmam, & irreuocabiliter ratificatam habuit, prout in litteris suis super hoc confectis plenius continetur. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum vna cum sigillis dilectorum consiliariorum nostrorum ac fratrum premissorum quorum sigilla eisdem presentibus sunt appensa, Insuper promisit predictus domicellus ericus vt cum primo sigillum proprium habuerit, has litteras eodem sigillo velit vtique communire, Datum anno domini M°. CC. XC. VII°. XVI. kal. Junii.

Sigillen: 1, 4 skadade, 2 bortfallet, 3 fullständigt; alla på silkestrådar; dessutom hål för flera sigill.

1200.

1297 d. 21 Juni.

Idö.

Biskoparnes i Linköping, Strengnäs och Wexjö Aflatsbref för dem, som besöka Upsala Domkyrka.

A. 3. a. 4: 14.

Vniuersis presentes litteras Insuper LAURENCIUS lincopensis, YSARUS strengianensis, & MAGNUS vexionensis dei gracia Episcopi, salutem in domino sempiternam, Licet js &c *såsom* N:o 435 till apciores, Cupientes igitur vt ecclesia vpsalensis que omnium Regni huius mater est & Metropolitana, dignis honori-